

# Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. X.

**Inhalt:** 77. Mittheilung der päpstlichen Encyclica vom 20. November 1890 in Angelegenheit der Missionen in Afrika; Anordnung der jährlichen Collecte am hl. Dreifönigsfeste zur Förderung derselben. — 78. Exorcismus in Satanam et Angelos apostaticos. — 79. Verordnung des Ministers für Cultus und Unterricht vom 25. Juli 1890 betreffend die Einführung der musikalischen Normalstimme. — 80. Concurs-Berlautbarung. — 81. Chronik der Diöcese.

1890.

77.

## Venerabilis Frater!

### Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Catholicae Ecclesiae, quae omnes homines materna caritate complectitur, nihil fere antiquius fuit inde ab initio, ceu nosti, Venerabilis Frater, quam ut servitum, quae misero iugo premebat mortalium quamplurimos, sublatam cerneret penitusque deletam. Sedula enim custos doctrinae Conditoris sui, qui per se Ipse et Apostolorum voce docuerat homines fraternam necessitudinem quae iungit universos, utpote eadem origine creatos, eodem pretio redemptos, ad eandem vocatos beatitudinem aeternam, suscepit neglectam servorum causam ac strenua vindex libertatis extitit, etsi, prout res et tempora ferebant, sensim rem gereret ac temperate. Scilicet id praestitit prudentia et consilio constanter postulans quod intendebat religionis, iustitiae et humanitatis nomine; quo facto de nationum prosperitate cultuque civili meruit optime. — Neque aetatis decursu hoc Ecclesiae studium adserendi mancipia in libertatem elanguit; imo quo fructuosius erat in dies, eo flagrabat impensius. Quod certissima testantur monumenta historiae, quae eo nomine plures commendavit posteritati Decessores Nostros, quos inter praestant S. Gregorius Magnus, Hadrianus I, Alexander III, Innocentius III, Gregorius IX, Pius II, Leo X, Paulus III, Urbanus VIII, Benedictus XIV, Pius VII,

Gregorius XVI, qui omnem curam et operam contulere, ut servitutis institutio, ubi vigeat, excideret, et caveretur ne unde exsecta fuerat, ibi eius germina reviviscerent.

Tantae laudis hereditas a Praedecessoribus tradita repudiari a Nobis non poterat: quare nulla praetermissa a Nobis occasio est, improbandi palam damnandique tetricam hanc servitutis pestem; ac data opera de ea re in litteris egimus, quas III. Nonas Maias anno MDCCCLXXXVIII. ad Episcopos Brasiliae dedimus, quibus gratulati sumus de iis, quae pro mancipiorum libertate in ea regione gesta fuerant laudabili exemplo privatim et publice, simulque ostendimus quantopere servitus religioni et humanae dignitati adversetur. Equidem cum escriberemus, vehementer commovebamur eorum conditione qui dominio subduntur alieno; at multo acerbius affecti sumus narratione aerumnarum quibus conflictantur incolae universi regionum quarundam Africae interioris. Miserum sane et horrendum memoratu est, quod certis nunciis accepimus, fere quadringenta Afrorum millia, nullo aetatis ac sexus discrimine, quotannis abripi per vim e rusticis pagis, unde catenis vincti ac caesi verberibus longo itinere trahuntur ad fora, ubi pecudum instar promercialium exhibentur ac ve-

neunt. — Quae cum testata essent ab iis qui viderunt, et a recentibus exploratoribus Africae aequinoctialis confirmata, desiderio incensi sumus opitulandi pro viribus miseris illis, levandique eorum calamitatem. Propterea, nulla interiecta mora, dilecto Filio Nostro Cardinali Carolo Martiali Lavigerie, cuius perspecta Nobis est alacritas ac zelus Apostolicus, curam demandavimus obeundi praecipuas Europae civitates, ut mercatus huius turpissimi ignominiam ostenderet, et Principum civiumque animos ad opem ferendam aerumnosae genti inclinaret. — Quam ob rem gratiae Nobis habendae sunt Christo Domino, gentium omnium Redemptori amantissimo, qui pro benignitate sua passus non est curas Nostras in irritum cedere, sed voluit esse quasi semen feraci creditum humo, quod laetam segetem pollicetur. Namque et Rectores populorum et Catholici ex toto terrarum orbe, omnes demum, quibus sancta sunt gentium et naturae iura, certarunt inquirere, qua potissimum ratione et ope conniti praestet, ut inhumanum illud commercium evellatur radicitus. Solemnis Conventus non ita pridem Bruxellis actus, quo Legati Principum Europae congressi sunt, ac recentior coetus privatorum virorum, qui eodem spectantes magno animo Lutetiam convenere, manifesto portendunt tanta vi et constantia Nigritarum causam defensum iri, quanta est ea qua premuntur aerumnarum moles. Quare oblatam iterum occasionem nolumus omittere, ut meritas agamus laudes et gratias Europae Principibus ceterisque bonae voluntatis hominibus, atque a summo Deo precamur enixe, ut eorum consiliis et orsis tanti operis prosperos dare velit eventus.

At vero praeter tuendae libertatis curam gravior alia pressius attingit apostolicum ministerium Nostrum, quod nos curare iubet, ut in Africae regionibus propagetur Evangelii doctrina, quae illarum incolas sedentes in tenebris, a caeca superstitione offusis, illustret divinae veritatis luce, per quam nobiscum fiant participes hereditatis Regni Dei. Id autem eo curamus enixius, quod illi, hac luce recepta, etiam humanae servitutis ab se iugum excutient. Ubi enim christiani mores legesque

vigent, ubi religio sic homines instituit, ut iustitiam servant atque in honore habeant humanam dignitatem, ubi late spiritus manavit fraternae caritatis, quam Christus nos docuit, ibi neque servitus, nec feritas, neque barbaria extare potest: sed floret morum suavitas, et civili ornata cultu christiana libertas. — Plures iam Apostolici viri, quasi Christi milites antesignani adiere regiones illas, ibique ad fratrum salutem non sudorem modo sed vitam ipsam profuderunt. Sed *mensis quidem multa, operarii autem pauci*: quare opus est, ut alii quamplures eodem acti spiritu Dei, nulla verentes discrimina, incommoda et labores, ad eas regiones pergant, ubi probrosum illud commercium exercetur allaturi illarum incolis doctrinam Christi verae libertati coniunctam. — Verum tanti operis aggressio copias flagitat eius amplitudini pares. Non enim sine ingenti sumptu prospici potest Missionariorum institutioni, longis itineribus, parandis aedibus, templis excitandis et instruendis, aliisque id genus necessariis, quae quidem impendia per aliquot annos sustinenda erunt, donec in iis locis ubi consederint evangelii praecones, suis se sumptibus tueri possint. Utinam Nobis vires suppetere quibus possemus hoc onus suscipere. At quum votis Nostris obsistant graves, in quibus versamur, rerum angustiae, te, Venerabilis Frater, aliosque sacrorum Antistites et Catholicos omnes paterna voce compellamus, et Vestrae eorumque caritati commendamus opus tam sanctum et salutare. Omnes enim participes eius optamus fieri, exigua licet collata stipe, ut dispartitum in plures onus levius cuique toleratu sit, atque ut in omnes effundatur gratia Christi, de cuius regni propugnatione agitur, eaque cunctis pacem, veniam peccatorum, et lectissima quaeque munera impertiat.

Propterea constituimus, ut quotannis, qua die in quibusque locis Epiphaniae Domini celebrantur mysteria, in subsidium memorati operis pecunia stipis instar corrogetur. Hanc autem solemnem diem prae ceteris elegimus quia, uti probe intelligis Venerabilis Frater, ea die Filius Dei primitus sese gentibus revelavit dum Magis videndum se praebuit, qui ideo a S. Leone Magno Decessore

Nostro scite dicti sunt *vocationis nostrae fideique primitiae*. Itaque bona spe nitimur fore, ut Christus Dominus permotus caritate et precibus filiorum, qui veritatis lucem acceperunt, revelatione divinitatis suae etiam miserrimam illam humani generis partem illustret, eamque a superstitionis coeno et aerumnosa conditione, in qua tamdiu abiecta et neglecta iacet, eripiat. — Placet autem Nobis, ut pecunia, praedicta die, collecta in ecclesiis et sacellis subiectis iurisdictioni tuae, Romam mittatur ad Sacrum Consilium Christiano nomini propagando. Huius porro munus erit partiendi eam pecuniam inter Missiones quae *ad delendam potissimum servitatem* in Africae regionibus extant aut instituentur: cuius partitionis hic modus erit, ut pecunia profecta ex nationibus, quae suas habent catholicas missiones ad vindicandos in libertatem servos, ut memoravimus, istis missionibus sustentandis iuvandisque addicatur. Reliquam vero stipem idem Sacrum Consilium, cui earundem missionum necessitates compertae sunt, inter egentiores prudenti iudicio partietur.

Equidem non ambigimus, quin vota Nostra pro infelicibus Afris concepta, benigne excipiat dives in misericordia Deus, ac tu Venerabilis Frater, ultro collaturus sis studium operamque tuam, ut ea expleantur cumulate. — Confidimus insuper, per hoc temporarium ac peculiare subsidium, quod fideles conferent ad inhumani commercii labem abolendam et sustentandos evangelii nuncios in locis ubi illud viget, nihil imminutum iri de liberalitate quo Catholicas missiones adjuvare solent collata stipe in Institutum quod Lugduni conditum a *propagatione fidei* nomen accepit. Salutare hoc opus, quod fidelium studiis pridem

commendavimus, hac nunc opportunitate oblata novo ornamus laudis testimonio, optantes ut late porrigat beneficentiam suam et laeta floreat prosperitate. Interim Tibi, Venerabilis Frater, Clero et fidelibus pastoralis vigilantiae tuae commissis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XX Nov. anno MDCCCXC, Pontificatus Nostri decimo tertio.

**LEO PP. XIII.**

Auf Grund dieser päpstlichen Anordnung werden hiermit sämtliche geistliche Kirchenvorstände angewiesen, am Feste der *Erscheinung des Herrn* (6. Jänner) jährlich eine Sammlung im Gotteshause zu dem von Sr. päpstlichen Heiligkeit bestimmten Zwecke vorzunehmen.

Im laufenden Jahre aber soll diese Sammlung an einem anderen passenden Tage, z. B. am Feste Mariä-Lichtmeß, stattfinden.

Die Art und Weise der Bornahme dieser Sammlung (ob durch Opfergang, oder durch den Klingengebeutel, oder durch Aufstellung einer Opferbüchse) bleibt dem Ermessen der H. Kirchenvorstände überlassen. Zu wünschen ist es jedoch, daß es durch Veranstaltung eines eigenen Opferganges geschehe.

Um das gläubige Volk über den Zweck und die Bedeutung dieser Sammlung zu belehren und zur eifrigen Betheiligung aufzumuntern, ist an einem der vorausgehenden Sonn- oder Festtage der Predigt das päpstliche Schreiben zu Grunde zu legen.

Das Ergebnis der Sammlung ist dem *Decanatsamte* einzusenden und von letzterem an das fürstbischöfliche Ordinariat abzuführen.

78.

## EXORCISMUS

**in Satanam et Angelos Apostaticos jussu Leonis XIII. P. M. editus.**

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Amen.

Ps. LXVIII.

*Ersurgat Deus et dissipentur inimici ejus: et fugiant qui oderunt eum a facie ejus.*

*Sicut deficit fumus, deficient; sicut fluit cera facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.*

Ps. XXXIV.

*Judica Domine, nocentes me; expugna impugnantes me.*

*Confundantur et reveantur quaerentes animam meam.*

*Avertantur retrorsum, et confundantur cogitantes mihi mala.*

*Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: et angelus Domini coarctans eos.*

*Fiat via illorum tenebrae, et lubricum; et angelus Domini persequens eos.*

*Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exprobraverunt animam meam.*

*Veniat illi laqueus quem ignorat; et captio quam abscondit, apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipsum.*

*Anima autem mea exsultabit in Domino: et delectabitur super salutari suo.*

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto:

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

### AD S. MICHAELEM ARCHANGELUM.

#### PRECATIO.

Princeps gloriosissime caelestis militiae, sancte Michael Archangele, defende nos in praelio et *coluctatione*, quae nobis est *adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiarum, in caelestibus* (Ephes. VI). Veni in auxilium hominum; quos *Deus creavit inextinguibiles, et ad imaginem similitudinis suae fecit*, et a tyrannide diaboli *emit pretio magno* (Sap. II—I, Cor. VI). Praeliare hodie cum beatorum Angelorum exercitu praelia Domini, sicut *agnasti olim contra ducem superbiae luciferum, et angelos ejus apostaticos; et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in caelo. Sed projectus est draco ille magnus, serpens antiquus qui vocatur diabolus et satanas, qui seducit universum orbem; et projectus est in terram, et angeli ejus cum illo missi sunt* (Apoc. XII). En antiquus iniquus et homicida vehementer erectus est. Transfiguratus in angelum lucis, cum tota malignorum spirituum caterva late circuit et invadit terram, ut non ea deleat nomen Dei et Christi ejus, animasque ad aeternae gloriae coronam destinatas furetur,

maectet ac perdat in sempiternum interitum. Virus nequitiarum suarum, tamquam flumen immundissimum, draco maleficus transfundit in homines depravatos mente et corruptos corde; spiritum mendacii, impietatis et blasphemiae; halitumque mortiferum luxuriae, vitiorum omnium et iniquitatum. — Ecclesiam, Agni immaculati sponsam, vaferri hostes repleverunt amaritudinibus, inebriarunt absinthio; ad omnia desiderabilia ejus impie miserunt manus. Ubi sedes beatissimi Petri et Cathedra veritatis ad lucem gentium constituta est, ibi thronum posuerunt abominationis impietatis suae; ut percusso Pastore, et gregem disperdere valeant. — Adesto itaque, Dux invictissime, populo Dei contra irrupentes spirituales nequitiarum, et fac victoriam. Te custodem et patronum sancta veneratur Ecclesia; te gloriatur defensore adversus terrestrium et infernorum necarias potestates; tibi tradidit Dominus animas redemptorum in superna felicitate locandas. Deprecare Deum pacis, ut conterat satanam sub pedibus nostris, ne ultra valeat captivos tenere homines, et Ecclesiae nocere. Offer nostras preces in conspectu Altissimi, ut cito anticipent nos misericordiae Domini, et apprehendas draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et satanas, ac ligatum mittas in abyssum, *ut non seducat amplius gentes.* (Apoc. XX.)

Hinc tuo confisi praesidio ac tutela, sacra ministerii nostri auctoritate, ad infestationes diabolicae fraudis repellendas in nomine Jesu Christi Dei et Domini nostri fidentes et securi aggredimur.

Ÿ. Ecce Crucem Domini. fugite partes adversae.

R. Vicit Leo de tribu Juda, radix David.

Ÿ. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

#### OREMUS.

Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, invocamus nomen sanctum tuum, et clementiam

tuam supplices exposcimus, ut per intercessionem immaculatae semper virginis Dei genitricis Mariae, beati Michaelis Archangeli, beati Joseph ejusdem beatae Virginis Sponsi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum, adversus satanam, omnesque alios immundos spiritus, qui ad nocendum humano generi animasque perdendas pervagantur in mundo, nobis auxilium praestare digneris. Per eundem Christum Dominum Nostrum. Amen.

### EXORCISMUS.

Exorcizamus te, omnis immunde spiritus, omnis satanica potestas, omnis incursio infernalis adversarii, omnis legio, omnis congregatio et secta diabolica, in nomine et virtute Domini Nostri Jesu † Christi, eradicare et effugare a Dei Ecclesia, ab animabus ad imaginem Dei conditis ac pretioso divini Agni sanguine redemptis †. Non ultra audeas, serpens callidissime, decipere humanum genus, Dei Ecclesiam persequi, ac Dei electos excutere et cribrare sicut triticum †. Imperat tibi Deus altissimus †, cui in magna tua superbia te similem haberi adhuc praesumis: *qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire* (I. Tim. II). Imperat tibi Deus Pater †; imperat tibi Deus Filius †; imperat tibi Deus Spiritus Sanctus †. Imperat tibi majestas Christi, aeternum Dei Verbum caro factum †, qui pro salute generis nostri tua invidia perdit. *humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem* (Phil. II.); qui Ecclesiam suam aedificavit supra firmam petram, et portas inferi adversus eam nunquam esse praevalituras edixit, cum ea ipse permansurus *omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* (Matth. XVIII 20). Imperat tibi sacramentum Crucis †, omniumque christianae fidei Mysteriorum virtus †. Imperat tibi excelsa Dei Genitrix Virgo Maria †, quae superbissimum caput tuum a primo instanti immaculatae suae conceptionis in sua humilitate contrivit. Imperat tibi fides sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et ceterorum Apostolorum †. Imperat tibi Martyrum sanguis, ac pia Sanctorum et Sanctarum omnium intercessio †.

Ergo, draco maledicte et omnis legio diabolica adiuramus te per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum qui *sic . . . . dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam* (Io. III): cessa decipere humanas creaturas, eisque aeternae perditionis venenum propinare: desine Ecclesiae nocere, et ejus libertati laqueos iniicere. Vade satana, inventor et magister omnis fallaciae, hostis humanae salutis. Da locum Christo, in quo nihil invenisti de operibus tuis; da locum Ecclesiae uni, sanctae, catholicae, et Apostolicae, quam Christus ipse acquisivit sanguine suo. Humiliare sub potenti manu Dei; contremisce et effuge, invocato a nobis sancto et terribili nomine JESU, quem inferi tremunt, cui Virtutes caelorum et Potestates et Dominationes subjectae sunt; quem Cherubim et Seraphim indefessis vocibus laudant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### OREMUS.

Deus caeli, Deus terrae, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post laborem; quia non est Deus praeter te, nec esse potest nisi tu creator omnium visibilium et invisibilium, cujus regni non erit finis: humiliter majestati gloriae tuae supplicamus, ut ab omni infernalium spirituum potestate, laqueo, deceptione et nequitia nos potenter liberare, et incolumes custodire digneris. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

*Ab insidiis diaboli, libera nos, Domine.*

*Ut Ecclesiam tuam secunda tibi facias libertate servire; Te rogamus, audi nos.*

*Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris; Te rogamus, audi nos.*

(Et aspergatur locus aqua benedicta.)

## EX AUDIENTIA SSMI.

(Die 18. Maii 1890.)

Ssmus D. N. LEO divina providentia PP. XIII. omnibus Rmis Episcopis, nec non Sacerdotibus ab Ordinariis suis legitime ad id auctoritatem habentibus, qui exorcismum supra expressum devote semel in die recitaverint, partialem tercentum dierum indulgentiam singulis diebus lucranda: iisdem vero per totum mensem id peragentibus, confessis, ac sacra Eucharistia reffectis, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam semel in mense, die eorum arbitrio designanda, pariter lucranda

impertitus est: quam etiam animabus Christifidelium in purgatorio detentis applicari posse declaravit. Praesentibus in perpetuum valituris.

† **D. Archiepiscopus Tyrensis**

S. C. de Propaganda Fide Secretarius.

Hisce cunctis sacerdotibus, legitima facultate ad excipiendas sacras confessiones instructis, conceditur licentia, exorcismum, de quo supra, recitandi.

La b a c i, die 24. Dec. 1890.

† **Jacobus,**

Pr. Episcopus.

79.

## Verordnung des Ministers für Cultus und Unterricht vom 25. Juli 1890, Z. 15.090, an alle politischen Landeschefs, betreffend die Einführung der musikalischen Normalstimmung.

Die zu Wien vom 16.—19. November 1885 abgehaltene internationale Stimmtone-Conferenz hat sich in dem Beschlusse geeinigt, den an der Conferenz beteiligten Regierungen die Annahme eines einzigen, internationalen Stimmtones zu empfehlen, als welcher dasjenige A der eingestrichenen Octave zu gelten habe, dessen Höhe durch 870 einfache Schwingungen in der Secunde bestimmt ist.

Indem ich diesem Beschlusse mit besonderer Rücksicht auf die wichtigen Vortheile, welche die Festhaltung dieser einheitlichen Stimmung beim Gesangsunterrichte in hygienischer Beziehung mit sich zu bringen geeignet ist, bezüglich der meinem Ressort unterstehenden Institute und Anstalten beitrete, finde ich zur Durchführung desselben einvernehmlich mit dem k. k. Ministerium des Innern und des Handels Nachfolgendes anzuordnen:

Die Annahme und Einführung der Normalstimmung hat zu erfolgen:

- a) an den k. k. Fachschulen für Musikinstrumenten-Erzeuger;
- b) an allen staatlich subventionierten Musikschulen;
- c) an sämtlichen, in die Kategorie der allgemeinen Volksschulen, der Bürgerschulen, Lehrerbildungsanstalten, sowie der Mittelschulen gehörigen

Lehranstalten, an welchen praktischer Musikunterricht erteilt wird, endlich

- a) bei den vom Staate subventionierten Musikvereinen.

2. Diese Anstalten und Vereine sind gehalten, eine verifizierte Stimmgabel (Punkt 4) zu besitzen, und sich bei Musikübungen und Aufführungen ausschließlich normalgestimmter Instrumente zu bedienen.

3. Die Controle über den unveränderten Bestand der Normalstimmung bei den vorbezeichneten Instituten und Anstalten ist

- a) bei den k. k. Fachschulen für Musikinstrumenten-Erzeuger und

- b) bei den staatlich subventionierten Musikschulen und Musikvereinen durch die vom Ministerium für Cultus und Unterricht von Fall zu Fall mit deren Inspection betrauten Organe, bei allen übrigen im Punkte 1 sub c) angeführten Lehranstalten durch die zur Beaufsichtigung des Unterrichtes berufenen Schulaufsichtsbehörden auszuüben, und zwar von den letzteren in der Art, daß sich die Schulinspectoren gelegentlich vergewissern, ob die Vorschriften über die Normalstimmung eingehalten werden.

4. Die zur Darstellung des Normalstimmtones nach wissenschaftlichen Regeln construierte Prototyp-Stimmgabel, welche den Normalstimmton bei einer Temperatur von  $+ 15^{\circ}$  C. angibt, wird im physikalischen Cabinet der k. k. Universität Wien verwahrt.

Diesem physikalischen Cabinet wird auch die Verifikation von Stimmgabeln (das ist die Prüfung derselben durch Vergleich mit der Prototyp-Gabel und sohin die Beglaubigung in Betreff ihrer Uebereinstimmung mit dem Normaltone durch Aufdruck des Verifikationsstempels) übertragen. Die Verifikation erfolgt unter der Aufsicht einer besonderen Commission, in welche Vertreter aus dem Kreise der Physiker und der Musiker berufen und deren Zusammensetzung seinerzeit bekanntgegeben werden wird.

Zur Verifikation werden nur solche Gabeln zugelassen werden, welche den nachstehenden Bedingungen entsprechen:

- a) Die Gabel muß aus nicht gehärtetem Gußstahl erzeugt sein;
- b) die Zinken müssen parallel stehen und mindestens einen halben Centimeter breit sein;
- c) der zur Anbringung der internationalen Stimmungsmarke und des Verifikationsstempels (vergleiche den folgenden Absatz e) bestimmte Raum auf jeder der Flachseiten der Gabel zwischen dem Ausschnitte der Zinken und dem Stiele (Sattel) muß mindestens einen Centimeter betragen;
- d) die zu verifizierende Gabel muß rostfrei und weißglänzend poliert, oder blau angelassen (angelassen) sein;
- e) die Gabel muß an einer der Flachseiten an der sub c) bezeichneten Stelle bereits mit der internationalen Stimmungsmarke (870) versehen sein.

Der Verifikationsstempel, welcher seitens der Verifikationsstelle an der anderen Seite des Sattels angebracht wird, besteht aus dem österreichischen Doppeladler nebst der Jahreszahl der erfolgten Verifikation. Zur Anwendung dieses Stempels wird ausschließlich die Verifikationscommission, beziehungsweise das physikalische Cabinet der Universität Wien als Organ dieser Commission befugt sein.

5. Als Frist zur Einführung der Normalstimmung an den oben genannten Anstalten und Instituten wird im allgemeinen für Wien der Zeitraum von einem Jahre, für die Anstalten außerhalb Wien's der Zeitraum von zwei Jahren, vom Tage der Hinausgabe dieser Verordnung an festgesetzt.

Ich ermächtige jedoch Euer . . . bei jenen Musikschulen und staatlich subventionierten Musikvereinen, welche zur Durchführung dieser Maßregel der theilweisen Erneuerung ihrer Blasinstrumente bedürften, die Frist in angemessener Weise bis zum Zeitraume von 5 Jahren zu verlängern. Bei jenen Lehranstalten oder staatlich subventionierten Musikvereinen, bei welchen Orgeln in Verwendung stehen, ist der Zeitpunkt der nächsten Erneuerung oder umfassenden Reparatur der Orgelwerke für die Einführung der Normalstimmung in Aussicht zu nehmen.

6. Die staatlich nicht subventionierten Musikschulen sind unter besonderem Hinweise auf die Gefahren, welche die bisherige Ungleichheit der Stimmung in den Schulen und Orchestern beim Gesangsunterrichte für die Entwicklung der Stimmen mit sich brachte, dringend aufzufordern, sich der Normalstimmung ehestens zu accomodieren. Ich ersuche Euer . . . in Zukunft bei der Errichtung solcher Schulen strenge darauf zu sehen, daß sich die Inhaber derselben zur Festhaltung der Normalstimmung verpflichten.

Von den vorstehenden Weisungen wird unter einem dem Landes Schulrathe mit der Aufforderung die Mittheilung gemacht, bezüglich der seiner Competenz unterstehenden Lehranstalten unverweilt die Verfügung zu treffen.

Gleichzeitig wende ich mich unter Hinweis auf die angestrebte allgemeine Einführung der Normalstimmung an die Herren Erzbischöfe und Bischöfe der drei Riten der katholischen Kirche, sowie an jene der griechisch-orientalischen Kirche und an den Präsidenten des k. k. evangelischen Oberkirchenrathes Augsburger- und Helvetischer Confession, wegen Einhaltung der Normalstimmung bei kirchlichen Gesangs- oder Musikaufführungen und wegen entsprechender Regulierung der Stimmung der an Cultusstätten in Verwendung stehenden Orgeln.

Ich ersuche Euer . . . in gleichem Sinne die Vorstände der im dortigen Verwaltungsgebiete befindlichen Klöster in meinem Namen begrüßen, und denselben in Uebereinstimmung mit dem Beschlusse der internationalen Conferenz empfehlen zu wollen, die Stimmung der Orgel nach dem Normaltone ehestens, jedenfalls aber gelegentlich der nächsten Erneuerung oder umfassenderen Reparatur der Orgelwerke zu veranlassen. In gleicher Weise wollen Euer . . . in dieser Richtung eventuell auf die israelitischen Cultusvorstände Einfluß nehmen.

Es wird in dieser Richtung kaum möglich sein, die Einhaltung bestimmter Fristen zu erreichen, immerhin ersuche ich aber Euer . . . der Stimmungsregulierung bei den Kirchenorgeln stetes Augenmerk zuwenden, und die Bezirkshauptmannschaften anweisen zu wollen, die Patronatscommissäre bei den öffentlichen Patronaten in der angegebenen Richtung speciell zu verständigen, damit dieselben bei sich bietender Gelegenheit von Fall zu Fall ihren Einfluß im Sinne der obigen Andeutungen geltend machen. Ich füge

hieszu noch bei, daß die internationale Conferenz mit Rücksicht auf die verhältnißmäßig bedeutenden Schwankungen der Stimmung, welche die äußere Temperatur bei Orgelwerken zu verursachen pflegt, empfohlen hat, die Orgeln für jene mittlere Temperatur einzustimmen, welche den besonderen Verhältnissen ihrer Verwendung entspricht.

Hinsichtlich der staatlich nicht subventionierten Musik-, Gesangs- und Concertvereine und der Concertinstitute, dann hinsichtlich der Theater, werden die entsprechenden Weisungen vom k. k. Ministerium des Inneren ertheilt werden. Von meinem Standpunkte habe ich nur bezüglich jener Musikvereine, welche eine staatliche Subvention für ihre Musikschulen genießen, zu bemerken, daß ich die Gewährung dieser Subvention in Zukunft von der strikten Durchführung der auf die Normalstimmung bezüglichen Anordnungen abhängig machen werde.

Auf die Instrumenten-Fabrikation, sowie auf die Erzeugung von Stimmgabeln wird das k. k. Handelsministerium den geeigneten Einfluß nehmen.

## 80.

**Concurs - Verlautbarung.**

Die vacanten zwei Religionsfonds-Pfarren Ebenthal, im Decanate Gottschee, und Stranje, im Decanate Kamnik, alsdann die dem Patronate der Religionsfondsdomäne Sittich unterstehende Pfarre Primskovo, im Decanate Litija, werden behufs Neubesezung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese drei Pfarren sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain in Laibach zu stylisieren.

Die unter dem Patronate des Stadtmagistrates in Laibach stehende Vorstadt-pfarre Trnovo in Laibach ist durch Todfall in Erledigung gekommen und wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Bittgesuche um dieselbe sind an den löblichen Magistrat der Hauptstadt Laibach zu richten.

Die Seelsorgerstelle in der k. k. weiblichen Strafanstalt zu Begunje, im Decanate Radovljica, ist durch Verleihung der Pfarre Brdo bei Podpeč an den bisherigen Curaten Johann Bizjan in Erledigung gekommen.

Dieser Posten wird ebenfalls zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die gehörig zu dokumentierenden Gesuche sind an die hochlöbliche k. k. Oberstaatsanwaltschaft in Graz zu richten und beim hiesigen fürstbischöflichen Ordinariate einzureichen. Peremptorischer Competenztermin 14. Februar 1891.

## 81.

**Chronik der Diöcese.**

Herr Gregor Maloverh, Pfarrer in Stranje, wurde für die Pfarre St. Veit ob Laibach präsentirt.

Gestorben sind die Herren: Franz Karun, Vorstadt-pfarrer zu Trnovo in Laibach, am 5. December; Georg

Humar, Pfarrer in Primskovo, am 19. December, und Johann Lobe, pens. Pfarrer in Rieg, am 27. December 1890.

— Dieselben werden dem Gebete des hochwürdigsten Diöcesan-Clerus empfohlen.

**Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 31. December 1890.**